DUŠNI DAN – SPOMEN SVIH VJERNIH MRTVIH

MEMENTO  **MORI**

INTROITUS Réquiem aetérnam dona eis, Dómine: et lux perpétua lúceat eis. – Ps. 64, 2-3 Te decet hymnus, Deus, in Sion, et tibi reddétur votum in Jerúsalem: exáudi oratiónem meam, ad te omnis caro véniet. – Réquiem aetérnam …	ULAZNA Pokoj vječni daruj im Gospodine, i svjetlost vječna svijetlila njima. – Ps. 64. Tebi Bože, pripada pjesma na Sionu, i tebi se izvršuje zavjet u Jeruzalemu; usliši moju molitvu, k tebi dolazi svako tijelo. – Pokoj vječni…
ORATIO Fidélium, Deus, ómnium cónditor et redémptor: animábus famulórum, famularúmque tuárum remissiónem cunctórum tríbue peccatórum ; ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, piis supplicatiónibus consequántur: Qui vivis.	MOLITVA Bože, stvoritelju i otkupitelju svih vjernika, dušama slugu i službenica svojih podaj oproštenje svih grijeha, da pobožnim molitvama postignu pomilovanje, koje su uvijek željeli. Koji živiš…
LECTIO EPISTOLAE Ecce mystérium vobis dico: Omnes quidem resurgémus, sed non omnes immutábimur. In moménto, in ictu óculi, in novíssima tuba: canet enim tuba, et mórtui resúrgent incorrúpti: et nos immutábimur. Opórtet enim corruptíbile hoc indúere incorruptiónem: et mortále hoc indúere immortalitátem. Cum autem mortále hoc indúerit immortalitátem, tunc fiet sermo, qui scriptus est: Absórpta est mors in victória. Ubi est, mors, victória tua ? ubi est, mors, stímulus tuus ?	POSLANICA Čitanje Poslanice bl. Pavla apostola Korinćanima (I 15, 51-57) – Braćo, evo vam otkrivam tajnu: Svi ćemo zaista uskrsnuti, ali se svi nećemo promijeniti. U jedan hip, u tren oka, na glas posljednje trublje: Zatrubit će trublja i mrtvi će uskrsnuti neraspadljivi, a mi ćemo se promijeniti. Jer ovo raspadljivo tijelo treba da se obuče u neraspadljivost, i ovo smrtno tijelo da se obuče u besmrtnost, tada će se ispuniti riječ što je napisana: „Poražena je smrt pobjedom. Gdje je smrti, tvoja pobjeda? Gdje je smrti, tvoj žalac? Žalac je smrti grijeh,

Stímulus autem mortis peccátum est: virtus vero peccáti lex. Deo autem grátias, qui dedit nobis victóriam per Dóminum nostrum Jesum Christum.	a snaga je grijeha u zakonu. Ali hvala Bogu, koji nam dade pobjedu po našem Gospodinu Isusu Kristu.
GRADUALE Réquiem aetérnam dona eis, Dómine: et lux perpétua lúceat eis. In memória aetérna erit justus: ab auditióne mala non timébit. TRACTUS Absólve, Dómine, ánimas ómnium fidélium defunctórum ab omni vínculo delictórum. Et grátia tua illis succurrénte, mereántur evádere judícium ultiónis. Et lucis aetérnae beatitúdine pérfrui.	IZA POSLANICE Pokoj vječni daruj im, Gospodine, i svjetlost vječna svijetlila njima. Pravednik će živjeti u vječnoj uspomeni, i neće se bojati zla glasa. Odriješi, Gospodine, duše svih vjernih mrtvih od svake veze grijeha. I daj da pomoću tvojega milosrđa zavrijede izmaći sudu osvete i uživati blaženstvo vječnoga svjetla.
SEQUENTIA Dies irae, dies illa, Solvet saeclum in favílla: Teste David cum Sibýlla. Quantus tremor est futúrus, Quando judex est ventúrus, Cuncta stricte discussúrus ! Tuba, mirum spargens sonum Per sepúlcra regiónum, Coget omnes ante thronum. Mors stupébit, et natúra, Cum resúrget creatúra, Judicánti responsúra. Liber scriptus proferétur, In quo totum continétur, Unde mundus judicétur. Judex ergo cum sedébit, Quidquid latet, apparébit: Nil inúltum remanébit. Quid sum miser tunc dictúrus ? Quem patrónum rogatúrus,	POSLJEDNICA U dan onaj, u dan gnjeva Ognjem svijet će sav da sijeva – Sa Sibilom David pjeva. Kolik strah će na sve pasti Kada Sudac s višnjom vlasti Dođe pretrest ljudske strasti! Trublje čudan zvuk romoni, U sva groblja budeć roni I pred prijesto mrtve goni. Smrt i narav zadivljene Motre ljude oživljene Na sud Božji sakupljene. Otvara se knjiga jada, Knjiga ljudskog grješnog rada Što će vagnut biti sada. Kada Sudac sudit stane, Sve će tajne biti znane, Sve grehote pokarane. Što ću jadan tada zborit? Komu ću se zagovorit?

Cum vix justus sit secúrus ?
Rex treméndae majestátis,
Qui salvándos salvas gratis,
Salva me, fons pietátis.
Recordáre, Jesu pie,
Quod sum causa tuae viae:
Ne me perdas illa die.
Quaerens me, sedísti lassus:
Redemísti Crucem passus:
Tantus labor non sit cassus.
Juste judex ultiónis,
Donum fac remissiónis
Ante diem ratiónis.
Ingemísco, tamquam reus:
Culpa rubet vultus meus:
Supplicánti parce, Deus.
Qui Maríam absolvísti,
Et latrónem exaudísti,
Mihi quoque spem dedísti.
Preces meae non sunt dignae:
Sed tu bonus fac benígne,
Ne perénni cremer igne.
Inter oves locum praesta,
Et ab haedis me sequéstra,
Státuens in parte dextra.
Confutátis maledíctis,
Flammis ácribus addíctis,
Voca me cum benedíctis.
Oro supplex et acclínis,
Cor contrítum quasi cinis:
Gere curam mei finis.
Lacrimósa dies illa,
Qua resúrget ex favílla
Judicándus homo reus:
Huic ergo parce, Deus.
Pie Jesu Dómine,

Gdje i dobre strah će morit?
Kralju strašne veličine,
Dajuć spas ko' dar s visine,
Spasi mene, pun miline!
Sjeti se o Spase mio,
Da si za me putnik bio,
Ne daj mi u paklu dio.
Ištući me trudan hoda,
Spasenje mi križem poda,

Zar da bude to bez ploda?

Višnji Suče, pravdo stroga,
Sagrješenja prosti mnoga,
Prije dana osvetnoga.
Uzdišem ko' krivac hudi
Grijeh mi stidom lice rudi,
Dršćuć prosim: ne osudi!
Mariju si opravdao,
Raj zločincu obećao
Pa i meni nadu dao.
Molitva mi nema moći,
Al' ti blag si, ne daj poći
U plam vječni mojoj zloći.

K ovcama me svojim kreni,
Među jarad ne daj meni,
S desne strane mene djeni.
Kad potreseš grješnim svijetom
Plamenu ga predaš kletom,
Zovni mene s vojskom svetom.
Molim u svoj sniženosti,
Srca puna skrušenosti:
Daj mi umrijet u milosti.
Avaj dana suza, straha,
Kada griješni stvor iz praha
Pođe k sudu

Dona eis réquiem. Amen.	posljednjemu! Slatki Spase, prosti njemu! Milo duše pogledaj, Pokoj vječni njima daj! – Amen.
EVANGELIUM † Sequéntia sancti Evangélii secúndum Joánnem – In illo témpore: Dixit Jesus turbis Judaeórum: Amen, amen dico vobis, quia venit hora, et nunc est, quando mórtui áudient vocem Fílii Dei: et qui audíerint, vivent. Sicut enim Pater habet vitam in semetípso, sic dedit et Fílio habére vitam in semetípso: et potestátem dedit ei judícium fácere, quia Fílius hóminis est. Nolíte mirári hoc, quia venit hora, in qua omnes, qui in monuméntis sunt, áudient vocem Fílii Dei: et procédent, qui bona fecérunt, in resurrectiónem vitae: qui vero mala egérunt, in resurrectiónem judícii.	EVANĐELJE † Slijedi sveto Evanđelje po Ivanu (5, 25-29) – U ono vrijeme, reče Isus mnoštvu Židova: „Zaista, zaista kažem vam, dolazi čas i već je tu, kad će mrtvi čuti glas Sina Božjega, i koji ga budu čuli, živjet će. Kao što Otac ima život u sebi, tako je i Sinu dao da ima život u sebi. Dao mu je i vlast da sudi, jer je Sin Čovječji. Ne čudite se tomu, jer dolazi čas, kada će svi, koji su u grobovima, čuti glas Sina Božjega; i oni, koji su činili dobro, uskrsnut će na uskrsnuće života, a koji su činili zlo na uskrsnuće osuđenja.“
OFFERTORIUM Dómine Jesu Christe, Rex glóriae, líbera ánimas ómnium fidélium defunctórum de poenis inférni et de profúndo lacu: líbera eas de ore leónis, ne absórbeat eas tártarus, ne cadant in obscúrum: sed sígnifer sanctus Míchaël repraeséntet eas in lucem sanctam: Quam olim Abrahae promisísti, et sémini ejus. – Hóstias et preces tibi, Dómine, laudis offérimus: tu súscipe pro animábus illis, quarum hódie memóriam fácimus: fac eas, Dómine, de morte transíre ad vitam. Quam olim Abrahae promisísti, et	PRIKAZNA Gospodine Isuse Kriste, kralju slave, izbavi duše svih vjernih mrtvih od paklenih kazni i iz dubokoga bezdna; izbavi ih od usta lava da ih ne proždre pakao, da ne upadnu u tamu, nego da ih zastavonoša sveti Mihovil povede u svetu svjetlost koju si nekoć obećao Abrahamu i njegovu potomstvu. – Prinosimo ti, Gospodine, žrtve i molitve hvale; primi ih za one duše kojih se danas spominjemo; učini, Gospodine, da iz smrti prijeđu u život, što si ga nekoć obećao Abrahamu i njegovu potomstvu.

sémini ejus.	
SECRETA Hóstias, quaésumus, Dómine, quas tibi pro animábus famulórum, famularúmque tuárum offérimus, propitiátus inténde: ut, quibus fídei christiánae méritum contulísti, dones et praémium. Per Dóminum.	PRIKAZNA MOLITVA Milostivo pogledaj, molimo, Gospodine, na žrtve što ti ih prinosimo za duše tvojih slugu i službenica, da onima kojima si dao zaslugu kršćanske vjere daruješ i nagradu. Po Gospodinu…
PRAEFATIO DEFUNCTORUM Vere dignum et justum est, aequum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine, sancte Pater, omnípotens aetérne Deus: per Christum Dóminum nostrum. In quo nobis spes beátae resurrectiónis effúlsit, ut quos contrístat certa moriéndi condítio, eósdem consolétur futúrae immortalitátis promíssio. Tuis enim fidélibus, Dómine, vita mutátur, non tóllitur, et, dissolúta terréstris hujus incolátus domo, aetérna in caelis habitátio comparátur. Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatiónibus, cumque omni milítia caeléstis exércitus, hymnum glóriae tuae cánimus, sine fine dicéntes:	PREDSLOVLJE O POKOJNICIMA Uistinu je dostojno i pravedno, pravo i spasonosno, da vazda i svagdje zahvaljujemo tebi, Gospodine, sveti Oče, svemogući vječni Bože, po Kristu Gospodinu našemu. – U njemu nam zasja nada blaženog uskrsnuća. Koji tuguju zbog neizbježne smrti, njih neka tješi obećanje buduće besmrtnosti. Jer tvojim se vjernima, Gospodine, život mijenja a ne oduzima, i pošto se raspadne dom ovozemnog boravka, stječe se vječno prebivalište na nebesima. – stoga s anđelima i arkanđelima, s prijestoljima i gospodstvima i sa svom nebeskom vojskom pjesmu tvoje slave pjevamo bez prestanka:
COMMUNIO Lux aetérna lúceat eis, Dómine: Cum Sanctis tuis in aetérnum: quia pius es. Réquiem aetérnam dona eis, Dómine: et lux perpétua lúceat eis. Cum Sanctis tuis in aetérnum: quia pius es.	PRIČESNA Svjetlost vječna svijetlila im, Gospodine, s tvojim svetima u vijeke jer ti si milosrdan. Pokoj vječni daruj im, Gospodine, i svjetlost vječna svijetlila njima, s tvojim svetima u vijeke, jer ti si milosrdan.
POSTCOMMUNIO Animábus, quaésumus, Dómine, famulórum, famularúmque tuárum orátio profíciat	POPRIČESNA Molimo, Gospodine, da naše ponizne molitve pomognu dušama tvojih slugu i službenica, te da ih

supplicántium: ut eas et a peccátis ómnibus éxuas, et tuae redemptiónis fácias esse partícipes: Qui vivis.	očistiš od svih grijeha i učiniš dionicima tvoga otkupljenja. Koji živiš…